

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 4124

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Robert, Dreux (comte)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1227, juillet

**Lieu d'émission :** Vernon

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, donne à Robert, comte de Dreux, en dédommagement de sa terre d'Angleterre, plusieurs domaines en Haute-Normandie et leurs droits seigneuriaux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 361, p. 55 et p. 311.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos dilecto et fideli nostro Roberto, comiti Drocensi, in restaurationem terre sue quam habebat in Anglia, dedimus et concessimus Canvillam et Anglicavillam, et quicquid dominus Canville et Angliceville habebat apud Boscum Rothot, apud Fulothot, apud Herbertivillam, apud Gondevillam, apud Fontes de Duno, apud Estellevillam, apud Autheniaccum, apud Wanastamvillam, apud Hothot, apud Hunerias, apud Lunarvillam, apud Wathuyt, apud Waumouthot, apud Mesnilium, apud Oelletas, apud Sanctum Richerium, et terram quam Guillermus de Chantelou habebat apud Folethot et quicquid dominus Noville habebat apud Novillam et apud Pontem Garenne, et quicquid dominus de Richarvilla habebat apud Richardivillam, et terram quam Robertus de Richardivilla habebat apud Richardivillam, ab ipso comite et heredibus suis jure hereditario in perpetuum possidenda per servitium quod dicte terre debent ad usus et consuetudines Normannie, sicut dicte terre a dominis terrarum teneri solent, tali modo quod, si dictum comitem vel heredes ejus predictam terram Anglie quocumque modo recuperare contingeret, dicta terra, quam per presentes litteras ipsi et heredibus suis concessimus, ad nos et heredes nostros reverteretur in integrum libere et quiete ; et, si iterum propter servitium nostrum vel heredum nostrorum, dictus comes terram Anglie amitteret supradictam, nos ipsi vel heredibus suis terram sepeditam Normannie, quamdiu terra illa Anglie careret, restituere teneremur, et inde stat nobis homagium ligium. Quod ut perpetue stabilitatis obtineat firmitatem, presentem paginam sigilli nostri autoritate et regii nominis caractere inferius annotato fecimus confirmari. Actum apud Vernonem anno Dominice Incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXVII<sup>o</sup> mense julii, regni vero nostri anno primo, astantibus, etc.